

viæ quantitas, undè omnes scaturigines apud nos exsiccatae, et terra fossa ubiquè sicca est.

Habui discipulum Martin, qui, cum navibus piscaturæ balænarum inhiantibus, hâc æstate petiit Spitsbergam sub 80 gr. lat; per totam æstatem nunquàm calor ibi superavit gr. 8 suprâ punctum congelationis, sed sæpè in mediâ æstate per noctes 18 gr. infrâ punctum congelationis. In Spitsbergâ tantùm paucas plantas Alpino-Lapponicas reperit, nec alias; plures verò Aves pelagicas rarissimas, et Cancros Oniscosque aquaticos.

Ego primus fui, qui parare constitui thermometra nostra ubi punctum congelationis 0, et gradus coquentis aquæ 100; et hoc pro hybernaculis Horti; si his adsuetus esses, certus sum quòd arriderent.

Egregium facinus perpetrâsti profectò, qui excitâsti Dom. Gouan * colligere vestra Insecta;

* GOUAN (ANT.), de Montpellier, 1753-1824, élève de Sauvages et son successeur dans la chaire de botanique, publia à son tour une *Flora de Montpellier, Flora Monspeliaca — Historia Piscium*. Il ouvrit avec Linné une correspondance qui dura de 1757 à 1772. Une partie de ces lettres de Linné a paru dans *les Mémoires de la Société Linnéenne de Paris*, tandis que celles de Gouan sont inédites ou perdues. C'est surtout dans cette correspondance que Linné témoigne fréquemment de sa vénération pour Sauvages, qu'il assure être plus